

tas Romanorum clades pluuiō die cum hostilium machinarum amenta
 neruic̄ languerant, applicitis turribus captum atq; deletum est. Quadra/
 ginta milia hominum ibi fuisse referunt: e quibus uix LXXX homines per
 fugam lapsi ad castra proxima Gallorum uenerunt. Præterea Atuerni cæ/
 teriq; cōfines, sollicitatis etiā ad se Heduis, multis aduersus Cæsarem præ/
 lijs bellauerunt. Qui cum se pugnando fatigati in quoddam oppidum re/
 cepissent, milites prædæ inhiantes ad expugnationem oppidi animum in/
 tendunt, fructu Cæsare de loci iniuitate causante. Itaq; ibi Cæsar etum/
 pentibus desuper hostibus pressus, multa exercitus sui parte perdita uiētus
 aufigit. Dum hæc ad Halestam geruntur, Vercingentorix, quem omnes
 consensu pari regem præoptauerat, suadet uti ex tota Gallia, omnes qui ar/
 ma ferre possent, huic bello præsto sint: hoc enim esse unum bellū, quo aut
 perpetua libertas, aut æterna seruitus, aut mors omnium consequatur. Itaq;
 absq; eo numero, quem infinitum ante contraxerat, equitum circiter octo
 milia, peditum ducenta quinquaginta milia contracta sunt. Dehinc duo
 colles sibi inuicem obuersos Romani Gallic̄ ceperunt. Vnde multis sape
 eruptionibus & uarijs prouentibus præliantes, tandem Romani præcipua/
 Germanorum equitum, quos sibi iamducum amicos, nunc in auxilio asc/
 verant, virtute uicerunt. Vercingentorix alia die congregatis omnibus qui
 fuga euaserant, dixit se autorem bona fide defendendæ libertatis, atq; rum
 pendi foederis fuisse. Et nunc siue Romanis se se ad mortem offerant, siue se
 solum pro omnibus dandum, paratu animo fore. Itaq; Galli uoluntatem
 quam pudore aliquandiu texerant, quasi ex consilio regis assumerent, ilico
 sibi ueniam precantes, eum solum uelut autorem magni sceleris dediderūt.
 Bellouaci omniibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habe/
 bantur. Hi Chorro duce bellum instaurant, sibiç̄ in hanc suscepit bellī so/
 cietatem Ambianos, Aulercos, Caletos, Bellocases, Atrebatasç̄ coniun/
 gunt, & locum quendam cinctum atq; impeditum undiq; paludibus capi/
 unt. Commissoç̄ prælio, magnam Rhemorum manum, quæ auxilio Ro/
 manis erat trucidant. Deinde cum oportuniū ipsi locum insidij prouisum
 occupauissent, atq; hoc comperto Romani ad insidiatiū locum instruci, or/
 dinatiq; uenissent, cōmiso prælio Romani, Gallos fugientes h̄sdē locorum
 munitionibus, quibus clausi fuerāt, incluserunt, cūctosq; ad internitionem
 ceciderunt. Ibi Chorreas uel fugam, uel deditioñem detractans, Romanos
 ut uiuus caperetur instantes occidendo, ut occideretur coēgit. Igitur cum pa/
 catam Galliā uniuersam Cæsar, neq; ausuram fore ad aliquos aspirare mo/
 tus arbitratetur, legiones in hyberna dimisit. Ipse autem Ambiorigis fines,
 qui tot bella excitauerat, hominū horrenda strage uaastauit. At uero C. Ca/
 ninus legatus bellū apud Pictonas inuenit, ubi magna hostiū multitudo
 impeditā itinere legionē circundedit, atq; ad extremum discriminē adduxit.
 Porro aut̄ Fabius legatus acceptis Caniniū literis, in Pictonas proficiuntur,
 ibiç̄

*Cenapum
expugnatum*

*Cæsar cladem
accipit*

*Tota Gallia
armatur*

*Ro. Germano
rum auxilio
uncum
Vercingentor/
ix deditus*

*Bellouaci bel/
lum Chor/
reo duce in/
staurant*

Rhemē

*Chorreas
occisus*